pars aduerſa quam ille tinus quo nunc accendis ne maior
minorem ad ſe trahat. ⁊ per eam loquitur philredor. Vt ſpiritu loquar
quo tinus ſum. preſſerunt ignes lance qualibet equali uel
inequali utatur in precidium capitis mei quicquid agas. quicquid iudi
ces inuulgendum est michi. quia pre amoris tui impatientia tace
re non poſſum. ¶ Prima primi uxor ante poſt primam hominis
creationem. primo peccato prima ſoluit ieiunia: contra preceptum domini
parentauit inobedientiam. que citra mundi finem non ab
ſiſtet expugnare ferias que ſemper erunt indefeſſe trahens in con
ſequentiam quod a matre ſua traxerunt. Amice contumelia uiri
est uxor inobediens. Caue ergo. Vitas que non poteſt falli.
ait de beato dauid. Inueni uirum ſecundum cor meum. hic tamen
egregie preuaricatus est amore mulieris ab adulterio in homici
dium ne umquam ſola ueniant ſcandala. Diues est cui iniquitas
omnis ſocietate plurima. ⁊ quamuis domum intrauit ſuis tradit in
quantam comitijs. Amice. Berſabee ſiluit in nullo mali
gna est. Ychonium tamen facta est ſtimulus ſubuerſionis uiro
perfecto ⁊ mortis aculeus marito innocenti. Numquid nocens
erit que contendit eloquentia. ut dalida ſanſonis ⁊ forma ber
ſabee cuius huius ſola pulchritudo ſic triumphauit ⁊ nolens.
Si non amplius ſecundum cor domini quam dauid. crede quod ⁊ preuarica
ri potes. Sol hominum ſalomon theſaurus deliciarum domini. Sapie
ſingulare domicilium craſſo tenebrarum fuſcatus atramento lucem
anime ſue odorem fame ſue gloriam domus ſue amore mulieris
amiſit ⁊ poſtremo incuruatus coram baalim ex eccleſiaſte do
mini mutatus est in membrum zabuli. ut adhuc uideatur gra
uiori precipitio quam phebus in caſu phetontis qui de apolline io
uis mutatus est paſtor admeti. Amice ſi non es ſalomone ſa
pientior quod nemo est. non es maior quam qui poteſt faſcinari a fe
mina. Oculos tuos aperi ⁊ uide. Optima femina que rarior est
phenice amari non poteſt ſine amaritudine metus ⁊ ſollici
tudinis ⁊ frequentis infortunij. Male autem quarum tam copio
ſa ſunt examina ut nullus locus ſit expers malignitatis earum.
Cum amantur amare puniunt ⁊ afflictioni uacant. ad

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.25, 1v – Map, Walter, Epistola Valerii ad Rufinum; Jean Lefèvre, Regratiatio abbati Eustachio sancti Vedasti; Excerpts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bkrq/5304/50393)